

et minoribus, et hinc pluribus in una serie ordinis con-  
 tentis, aculeis longissimis e mari rubro Alton. cum on-  
 ribus suis partibus externis fortim exacte exhibitis,  
 quas sequuntur partes externa profertim radii striati,  
 et punctati maiores ac minores adhuc bysso suo instructi,  
 quibus adhaerent eorum papilla ad articulationem requi-  
 sita maiores, mamillares, scutulata, cum aculeis, et  
 eorum papillis minoribus, mamillaribus sciliet, ac sin-  
 plicibus.

ib8. Echinata maris cum omnibus suis partibus  
 externis petrificatis, radiolis vario fortis, sicut et pa-  
 pillis maioribus mamillaribus scutulatis diversa mag-  
 nitudinis. fidem matricibus suis adhuc immissi, et  
 quibus alia corpora marina petrificata simul adherent.

Echinata ovarii.

ib9. Echini marini ovariformes, sunt Echini ma-  
 rini rotundi vel subrotundi basi plana, vertice hemispha-  
 rico hemicyclum tamen omnimode non attingente do-  
 nati, ac infusus papillis mamillaribus certo ordine  
 dispositis, undique obiti, sed sine papillis maioribus  
 mamillaribus scutulatis, ut superius dictum est:

Echini marini  
 ovariformes.

Echinus marinus ovariformis decem futuris in totidem  
 ordines papillarem mamillarum distinctus, quorum  
 quinque e duabus seriebus, reliqui quinque autem sex  
 constant, ac alternatim positi sunt, interstitia mamil-  
 larium papillis simplicibus occupantibus; Apophysibus  
 circa foramen vaseos interne sitis, concavis, arcuatis, et  
 albis semper ordinem duarum serierum papillarum ma-  
 millarum respicientibus, in vertice obscure viridescens,  
 et in basi non nihil albidus. Idem minor. ubi notandum

Series